



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 25. Witthalam delata, ac Mariæ exequiis assistens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. qui instructo ordine unacum Cruce præcedebat, usque ad Aulæ Sacellum comitabatur, ubi decantato Ambrosiano hymno non sine magno pietatis sensu interfuit; jam enim tum simulato exteriori Religionis cultu Catholicos decipere incipiebat.

§. XXV.

Witthalam delata, ac Mariæ exequiis assistens.

Burnet ref. tom. 2. i. 5. p. 554. Postquam decem omnino dies in Londinenfi turri pro more transegerat, ultima die Novembris ad Witthalense Palatium equo vecta, ac magnifice ornata sub nobilissimo Procerum comitatu contendebat. Porro equo incedere desiderabat, non modo ut splendidas suas vestes totius populi conspectui exponeret, sed etiam ut eo commodius cunctos catervatim confluentes aspicere, eosque salutare valeret. Insuper magis adhuc populi affectum sibi quadam innata sermonis affabilitate conciliabat, qua etiam cunctorum, quos suo alloquio dignabatur, venerationem, amoremque sibi devinciebat; cum enim ingenii acie, ac judicii maturitate plurimum polleret, probe prospexerat, quod populi sui favor oppido sibi esset necessarius, ac firmissimum solii fulcrum in eo consisteret. Demum Witthalam delata

Sæcul. XVI.
A. C. 1558.

delata equum, quo vehebatur, Arundelio Comiti tradidit, qui descendente Regina stapedem tenebat. Altera die, quæ erat tertia decembris, pullam vestem induta exequiis pro Regina Sorore sua Westmonasterii celebratis interfuit, cum autem ille, qui defunctæ oratione funebri parentabat, vehementer in Protestantes inveheretur, nec etiam recens nominatæ Reginæ parceret, hinc domi se continere jubebatur, donec Senatus haberetur, qui etiam die vigesima quinta Januarii anno sequenti convocatus fuit.

§. XXVI.

Legati ad varias Aulas a Regina decreti.

Peractis hisce solemnibus Regina officiosas de obtento regimine gratulationes excipiebat, mox vero primas eocuras intendit, ut ad præcipuos Europæ Principes suos decerneret Legatos, necnon Regiminis mutationem in Anglia nuper factam eisdem nuntiaret. Præprimis ergo Nobilem Cobhamum ad Philippum II. destinabat; hunc enim Regem amicitia sibi devinctum censebat, quinimo pace nondum firmata sibi pro bello adversus Gallos armorum societate conjunctum habebat: Chalonerum autem misit ad Cæsaris Aulam, & Hovar-

Pallav. l. 14.

c. 83. n. 2.

§ 3.

Cambdem in

ann. 1. p.

Regni Elis.

Spond. ann.

1559. n. 5.